Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

23. Considerando singulas peccatorum species: & quibus eæ pœnis Christi expiatæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

erim ſufficienter, & pro infinitis tormentis, ac doloribus, quos miſera Anima tolerare in inferno debebat, pro ſupradictis peccatis, ego totaliter dolui, tormentatus ſum, & cruciatus. Quod ſi in negligentia tua non remaneat, ampliùs dolere te non oportebit; dum tamen mecum hic condoleas, mihique compatiaris, & pœnarum mearum, ignominiarum, paupertatis, deſpectuum, ſocia, dum hic vivis, exiſtas. „] Hæc beata Angela: ſeu potiùs, ad illam, & ad omnes nos, Chriſtus.

MODUS XXIII.

Vigeſimus tertius Modus Dominicam Paſſionem meditandi eſt: Aſſumptis peccatorum noſtrorum ſingulis ſpeciebus ſigillatim, earum gravitatem, malitiam, periculum, pœnam ex Paſſionibus Chriſti, doloribusque, quibus eæ ſpecialiùs expiatæ videri poſſunt, ponderare ac metiri, indeque ad ſcelerum quidem odium, & fugam, ad Chriſti autem, & dolorum ejus æſtimationem, amorem, & gratitudinem, obedientiamque ſeſe conſtanter provocare. Ad hunc meditandæ Paſſionis modum faciunt iſta Divi Bernardi verba, quæ adduco. [„ Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere fortitudinem „ facere ad quod venit, tollere peccatum mun- „ di. Ego autem dico peccatum triplex, quod „ invaluit ſuper terram. Putatis quòd dicere ve- „ lim concupiſcentiam carnis, & concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ? funiculus triplex eſt, & difficile rumpitur, propterea multi trahunt, immo trahuntur hoc funiculo vanitatis,

Fer. 4. Hebdomad. Pænoſæ. ſeu de Paſſione Domin. num. 6.

ſed ille Paſſionis ternarius (Charitas ſcilice
inæſtimabilis, Humilitas tam admirabilis, Pa
tia tam Inſuperabilis) non immeritò præva
Electis. Quomodo enim non illius Pat
recordatio, omnem arceat voluptatem;
modo non illius Humilitatis conſideratio
perbiam vitæ prorſus extundat, cum Ch
illa planè digna ejus meditatione, ſic me
occupet, ſic totam ſibi vendicet animam
omninò vitium curioſitatis exſufflet?
igitur contra hæc Paſſio Salvatoris. Sed
ego triplex æquè peccatum, quemadmo
virtus Crucis expugnat, dicere cogitavi:
fortè utiliùs audiatur. Primum quidem *Ori*
le, ſecundum, *Perſonale*, tertium, *Singular*
Originale quidem, maximum illud delictum
catur, quod à primo Adam contrahimus, in
peccavimus omnes, pro quo morimur uni
ſi. A primo homine usque ad noviſſimum
tenditur, & in ſingulis quoque à planta p
usque ad verticem diffunditur hoc vene
Sed & aliter nihilominus, in univerſam dila
ætatem, ab ea ſcilicet die, quâ ſuâ quem
concipit, usque ad eam, quâ communis
recipit mater, ut nobis illud ſancti Job ex o
parte poſſit aptari. Homo natus de muli
brevi vivens tempore, repletur multis miſe
Nimirum ipſe quoque natus ex virgine, im
factus ex muliere, ſed benedicta in mulieri
etiam brevi vivens tempore ſuper terram, ni
ominus multis eſt repletus miſeriis, in illa b
vitate appetitus inſidiis, interrogatus contu
liis, pulſatus injuriis, vexatus ſuppliciis, con
tiis laceſſitus. Tunc hanc ſufficere dubites o
di

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſientiam, qua reatum omnem primæ prævaricationis abſolvat? immò verò non ſicut delictum, ita & donum? Nam peccatum ex uno in condemnationem gratia autem ex multis delictis in juſtificationem. Et grave quidem omninò delictum illud originale, quod non ſolùm perſonam infecit, ſed etiam naturam. Perſonale tamen cuique gravius eſt, cùm jam laxatis habenis exhibemus undique membra noſtra arma iniquitatis, peccato, non modò jam alieno, ſed & proprio crimine compediti. Singulare verò, eſt graviſſimum, quod commiſſum eſt in Dominum Majeſtatis, cùm viri impii, virum juſtum injuſtè occiderunt. Et ſacrilegas manus in ipſum Dei Filium injecerunt, crudeliſſimi homicidæ: (immo ſi fas eſt dicere) etiam Deicidæ. Quid duo præcedentia, ad tertium? Ad hoc expalluit, & expavit tota machina mundialis, &c. Sic omne peccatum, quantum ad hoc peccatum, eſt quaſi non peccatum. Et tamen hoc peccatum in ſe pertulit, qui ſe ipſum fecit peccatum, ut de peccato damnaret peccatum; per hoc enim omne peccatum, tam originale, quàm perſonale deletum eſt, & ipſum,, quoque ſingulare, eliminatum eſt per ſeipſum,, Argumentum mihi eſt, à maximo, quòd duo,, minora ſunt exploſa.,,]

Hactenus Bernardus, cujus verba alicubi interciſa ſunt brevitatis cauſa, & videri apud eum poſſunt, reliqua quæ ſequuntur.

Hunc in modum acceptis ſeptem mortalibus peccatis, poſſunt in ſeptem partes Paſſionis Chriſti opponi.

I. *Super-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I. *Superbiæ*, & inani gloriæ, ambitio-
honorum. Humilitas Chriſti, in Horto P-
orantis, examen de doctrina & diſcipulis,
cturnæ injuriæ, & blaſphemiæ: illuſoria co-
purpura, arundo, poſtpoſitio ad Barabbam
dium inter latrones, Crux, & titulus Crucis.

II. *Avaritiæ*, & Cupiditati bonorum
norum, Paupertas usque ad nuditatem tot-
petitam, direptio veſtium, ſindon, aro-
ſepulchrum, omnia aliena, & ex miſeric-
tantùm impenſa.

III. *Luxuriæ*, Deliciis, inverecundiæ,
cturnæ apud Caipham pœnæ, flagellatio in-
nis, nudatio, ex ea confuſio Chriſti, tam
gellatione, quàm in aliis occaſionibus, ac p-
mùm pendendo in alta Cruce, totius Cor-
lacerationes ac vulnera.

IV. *Gulæ*, Fames & ſitis Chriſti, acetum
vinum myrrhatum felle miſtum.

V. *Iræ*, Iracundiæ, impatientiæ, Manſ-
do Chriſti, & occurſus ſpontaneus hoſtibus
eſt hora veſtra. Injuriæ atque blaſphemiæ il-
tæ, vincula, verbera, contemptus, dolores
fa teſtimonia, iniquiſſimæ & malitioſe con-
nationes. Obfirmatum in omnibus ſilen-
nullum querulosum, aut pungens, aut com-
dens verbum. Oratio pro inimicis, eorum
excuſatio apud Deum. Mors æquè iniquiſ-
ac crudeliſſima, probroſiſſimaque.

VI. *Invidiæ*, Tota Paſſio & mors, pro
rundem ipſorum ſalute obita, à quorum ſce-
manibusque obita. Dolor de peccatis, perd-
neque eorum qui in ſe peccabant. Oratio
iisdem. Tota item Paſſio, ex invidia tum dia-

um Judæorum, Chriſto conflata: quæ nec Pilatum latuit, ſciebat enim quòd per invidiam radidiſſent eum, in manus ſuas. Inſultationes, uas jam pendens in Cruce ſuſtinuit, à gaudenbus de ſuis malis, inimicis omnibus ſuis. Mors lenique & ſepultura, quibus quantùm ad nentem hoſtium, nomen ejus abolitum erat unditus de terra.

VII. *Acediæ*, Pavor, mœror, tædium, agonia, udor ſanguineus, oratio prolixior, ſomnus diſciulorum, Simon dormis? ſic non potuiſtis unâ iorâ vigilare mecum? fuga diſcipulorum, frius, & de longinquo ſequela Petri ejusdem trina legatio: fervor furioſus, furorque fervidiſſinus, & conſtantiſſima malitia Judæorum, in ſuæ nortis ſiti & cura. Stabant conſtanter accuantes eum: at illi magis clamabant, invaleſceant voces eorum, magis tumultus fiebat: denum univerſa multitudo exclamavit. Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Fervor Charitatis Chriſti, conſtantia, diligentiaque in omnibus explendis conſummandisque ſcriptuis uſque ad Conſummatum eſt: immo uſque ad plurium malorum tolerandorum pro noſtra alute, gloriaque & obedientia Patris ſitim; deique usque ad ultimam ſpiritus traditionem in nanus Patris Æterni.

Hunc in modum, etiam peccatis quinque enſuum Corporis, peccatis Potentiarum Animæ, peccatis in virtutes Theologicas, & Cardinales, peccatis in decem præcepta, peccatis in opera miſericordiæ, in octo beatitudines, conferri poſſunt aliæ aliæque portiones Paſſionis Dominicæ, quibus & ipſæ cauſæ, & illa expiata

ſunt

ſunt, per ſapientiſſimam, miſericordiſſi- efficaciſſimamque Chriſti Domini chari- Paſſionisque Dignitatem. Ex quorum om- conſideratione: odium peccatorum, æſti- & amor Paſſionis, Patientisque Chriſti, G- do, Imitatio, aliorumque affectuum, ne- virtutum exercitatio diſcenda, proponen- exercenda, & omnibus peccatis noſtris - cina deſumenda erit. Ad quod etiam pro- tum, ſervit efficaciſſima illa Divi Auguſtin- ditatio. „ [Oſtenditur (inquit) nobis quam fragilitatem homo ſuâ culpâ perven- & ex qua fragilitate divino auxilio libere- Itaque, Filius Dei hominem aſſumpſit, illo humana perpeſſus eſt. Hæc medi- hominum, tanta eſt, quanta non poteſt co- tari. Nam quæ ſuperbia ſanari poteſt, - militate Filii DEI non ſanatur? Quæ a- ſanari poteſt, ſi paupertate Fili Dei non ſan- Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi Patienti- Dei non ſanatur? Quæ impietas ſanari pot- Charitate Filii Dei non ſanatur? Poſtremo timiditas ſanari poteſt, ſi reſurrectione Cor- Chriſti non ſanatur? Erigat ſpem ſuam H- num genus, & recognoſcat naturam ſuam, deat quantum locum habeat in operibus Nolite vosmet ipſos contemnere, nolite - amare carnalia, nolite amare temporalia, bene amarentur, amaret ea homo, quem - pit Filius Dei. Nolite timere contumelias, ces, & mortem, quia ſi nocerent homini, n- pateretur homo, quem ſuſcepit Filius Dei. hunc ipſum modum faciunt verba Divi G- rii Nazianzeni, omnibus malis noſtris im-

Auguſt. tom 3. de Agone Chriſtiano cap. 11.

entisque ſalutis, medicinam in vita & Paſſione hriſti aſſignantis, hoc modo.

Huc exinanita Deitas, huc aſſumpta caro, „ uc nova illa mixtio, Deus inquam & Homo. „ num ex utroque, & utrumque per unum. „ b hanc cauſam Deus animæ interventu carni „ nctus eſt, ac res inter ſe disjunctæ, ac diſſi- entes, per interpoſitæ rei, cum utraque earum, finitatem & cognationem, copulatæ ſunt. tque omnia propter omnia, & pro uno illo, eneris noſtri principe, in unum coierunt. Ani- a nimirum propter eam, quæ præcepto Divi- o, minimè paruit, Caro propter eam, quæ nimæ cupiditati obſecuta eſt, ſimulque con- emnata; Chriſtus denique propter Adam, oc eſt, propter eum, qui ſub peccato factus t, is qui peccato ſublimior ac præſtantior erat. b hanc etiam cauſam, veteri novum ſubſtitu- m eſt, & per Paſſionem, is qui Paſſus fuerat, priſtinum ſtatum, revocatus: ac pro una- aque noſtrarum, unaquæque res, ejus qui obis ſublimior eſt, repenſa, novumque my- erium factum eſt, illa quæ circa eum, qui ob obedientiam cecidit, per benignitatem con- git diſpenſatio. Idcirco generatio & virgo, circo præſepium & Bethleem; generatio ef- tionem, virgo propter mulierem, præſepium opter Paradiſum, Bethleem propter Eden, res rvæ & conſpicuæ, propter magnas & ab ocu- remotas.

Orat. 1. Apologetica.

„ Idcirco Angeli, cæleſtis primùm, ac de- nde terreni gloriam prædicantes: & Paſto- ob Agni, & Paſtoris ortum, gloriam canen- , & ſtella præiens, & Magi ſeſe proſternentes,

ac

ac munera offerentes, ut ſcilicet idolorum tus everteretur. Idcirco JEſus baptiſmi tingitur; & ſuperno teſtimonio coronatu jejunat, & tentatur, & eum, qui vicerat, cit. Idcirco dæmones ejiciuntur, & mor pelluntur, & magnæ prædicationis munu vis hominibus committitur, & cum lau miniſtratur. Idcirco gentes frementes puli inania meditantes.

Idcirco lignum adverſus lignum, &
„ adversùs manum: illæ inquam forti
„ tenſæ, adversùs incontinenter exte
„ illæ clavis confixæ, atque conſtrictæ
„ versùs remiſſam & ſolutam, illæ orbi
conjungentes, adversùs eam, quæ Ad
è Paradiſo exturbavit.

Idcirco ſublimitas, adversùs lapſum
„ fel, adversùs guſtum; & ſpinea coron
„ versùs pravum imperium; & mors,
„ sùs mortem; & tenebræ, propter l
„ & ſepultura, adversùs illam in terram
ſionem; & reſurrectio, propter reſur
nem.

„ Hæc omnia Divinæ cujusdam e
„ diſciplinæ loco erant, infirmitatisque
„ velut medicina quædam, veterem Ad
„ eò, unde exciderat reducens, & ad illud l
vitæ adducens, à quo ſcientiæ lignum int
ſtivè & incommodè perceptum nos re
rat. „] Hæc Nazianzenus.

MODUS XXIV.

VIgeſimus quartus Modus Paſſionem
nicam meditandi, eſt tripartitus,